Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

Virtvtes coniugales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

Visual Library

mulier ſit ſubiecta viro debita reuerentia, & vir tanquam Dominus, ſociam vitæ quæ eſt vna caro, piè ac ſuauiter regat. 1. Corinth. 11. Ephe. 5. Caput mulieris vir. Item, mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino. Item, ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Etſi autem propter peccatum, eſt aliqua ſuperioritas, vt ſic dicam mariti ſuper vxorem, tamen remanet quoq; aliqua æqualitas, quia vna caro eſt, & habet poteſtatem corporis viri, & eſt materfamilias, Domina domus, hæres omnium bonorum mariti cum liberis, & in quarto præcepto extat, Honora patrem & Matrem, vbi diſertis verbis vxor marito æquiparatur.

VIRTVTES coniugales.

Eſſe contentum ſuo coniuge, & iudicare, eum ſibi diuinitus datum atq; conceſſum eſſe.

Amor mutuus, ſincerus, perpetuus, quia ſunt vna caro, & typus Eccleſiæ atq; Chriſti.

Fides & caſtitas coniugalis, quæ vni ſolummodò addicta eſt, & abhorret à pollutionibus extra coniugium.

Εϖιει-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Επιεικεια, lenitas, manſuetudo, qua in-firmitas alterius toleratur. Dona enim vari-ant, & offenſiones ſi quæ incidunt, non fouen-tur diu, ſed condonantur mutua ſuauitate & officijs, absq; longiori mora.

Suauitas & humanitas in ſermone ge-ſtibus, officijsq́; omnibus.

Prudentia coniugalis, qua ſe inuicem rectè diſcunt cognoſcere, ac ſummo ſtudio vtrinq; vitantur occaſiones offenſionum in verbis, geſtibus, ac factis.

Concordia perpetua, idem velle, idem nolle. Hæc virtus in turturibus adumbrata eſt, & nihil eſt elegantius, nihil vtilius, nihil ſalutarius in tota vita hominum, externa e-iusmodi concordia iuncta pietati.

Aequale ſtudium œconomiæ augendæ, conſeruandæ, & ornandæ. Hæc virtus compe-ctitur laborem in vocatione, parſimoniam de-bitam liberalitatem, veritatem in contracti-bus, & ſimilia.

VICIA IN CONIVGIO peſtifera.

Suſpi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN